



DIALOGVS

HIERONYMI CARDANI, ET FACII CARDANI, IPSIVS PATRIS.



Ei quam iniqua sum conditio-
ne inter mortales ! erecto per
iniuriam profitendi manere tam
vtile quam honesto : ac simili-
edendi libros facultate: aded vt
compulsus sim hac ætate qua alij interquies-
cere solent Romam venire inter medicos hos,
quorum maiores nec Galenus ipse sustinere
potuit : nullis cum redditibus, à descendantibus
ineis destitutus , parum constante valetudine
ac fide domesticorum atque amicorum , vt
dicerem possum cum cæco illo.

Quis errantem Oedipum

Parnis excipiet donis?

At ille multo minus miser, qui multam pto-
lem reliquit ; & filios reges: & miserias per-
ferebat non per iniuriam illatas: nec cuiquam
alteri , aut à casu, verum quas sibi intulisset
acceptas. Quis ergo mortalium miserior ! aut
quid agam ! Facius : Quid ciulas stulte ? H.
Heu quoniam etiam à Demoniis agitor. Fac.
Non ego Dæmon, sed amicus , & amicorum
optimus. Pater tuis olim , & nunc lordido
(vt scis) iam diu corporis velo exutus , Fa-
cius Cardanus. H. ó pater bene tibi sit : Mi-
serere filij tui vnici , & illum adiuua si potes;
aut consilio vales, tempore enim opportuno-
aduenis. Fac: Non es aded vt quereris miser :
sed tu te potius miserum facis. H. Omittam
qua dum solum me esse putarem (nam
non magis quam olim , eo somnio te video)
audisse reor id maximum, vt nec hic manere
nec recedere possum : vel tuto vel honeste
aut commode Fac: Opportune meministi eius
sommij : nam si recte animaduertis nunc tem-
pus est quo ad lunæ celum peruenisti. Le-
geras enim apud Beatum heri quam primum
hæc de illo : Sicut & inter substantias pro-
fus separatas utrumque gradum obtinuit lu-
naris intellectus : qui propter maximum à
primo recessum (licet per semet ipsum se co-
gnoscat) imperfectius tamen atque obetusius
se ipsum intelligit quam ceteri se ant alios.
Noster autem quoniam etiam plus recedit
à Primo quam lunaris non intelligit se ipsum
per se met : sed per alia, dum illa cognoscit;
multo minus ergo & alios, siquidem nec per
illos, nec per se met cum se ipsum intellige-
re sic non valeat. Alios quidem non per se,
cum materialius separatos à materia profus
recipere non valeat. Solum ergo per analogiam
quandam seu proportionem , seu simili-
itudinem interpretaris , illos intelligit : at-

que de his autem communia tantum : velut
quod entia , substantiaz actus ve sint : aut
(vt dicunt) negatiæ : scilicet quod materia
careant , nec sensu percipi possint. Ergo ta-
lia cognoscit , velut exemplo deducto à sensi-
libus separandi illa arque imaginando : sunt
enim sensibus exactè cognita qua adhaerent
maxime loco (velut animali corpus & actio-
nes) at intellectibus diuinis qua adhaerent
corpora neque magnitudine (nec forsitan mo-
tu) cognita vñquam fuere : nec in poste-
rum vñquam cognoscuntur. Quanto minus
substantia orbium intelligi poterit ? Cum er-
go nec per se , cum sint separati , nec per
sua corpora , qua nec magnitudine , sub-
stantia minus , intellectui nostro cognita
esse possint : nec ipsius nostri intellectus na-
tura ; qui se ipsum nisi per alia (nam vt
lunaris) intelligere potest , relinquitur , vt so-
lum per similitudinem quædam , & per
communia aut quibus careat necesse sit , eos
intelligat : lunaris autem per se , semetipsum.
& quoniam vt primo iungitur id & alios ,
sed minus quam se ipsum (quamvis quo
primo propiores sunt eo magis intelligenter
ad nos se habeant) intelligit. Illud verò
quod de illis intelligit , licet minus sit com-
paratione eorum qua intelliguntur , & ob-
ligerius ; & quod de se intelligit lunaris in-
tellectus aboliorius , clarius & perfectius
comparatione suâ : simpliciter tamen maius
est nobilior , clarius , & perfectius quod lu-
naris intellectus , intelligit de aliis intellecti-
bus , quam de semet ipso. Velut coniuia in
coniuio plus comedit & melius , quam si
omnia qua domi habet ederet : non tamen
totum potest edere quod in coniuio est.
totum autem quod domi habet comedere
potest. Annon hæc omnia apud illum plu-
ne præter exemplum legisti ? H. Sanè . hic ergo
dies pridie Nonas Aprilis anni M D LXXIV .
pro primo tibi ac quasi natali computan-
dus est. Vides quomodo ex lunari orbe à
singulis ad supremum ascenderit. Gaudet
ergo quod interpretationem nactus sis som-
nij : & quod tempus aduenit. H. De quo
gaudere debeo ? Fac: Quod intelligas quam
speciali dono Deus te remunerauerit. Nam
ita sit : Quid tam durum aut acerbum pa-
si potuisse , aut in posterum superuenire
queat quod non solum sponte sed libenter
non subreas , videns quantæ euræ illi-
fue-
ris ? cum & alia multa id etiam attestentur ,

Tom. I.

HH somnium

Commissa illud quod in farale soles appellare licet tam dirum atroce horrendum. Bipinnata in terram lapides, quarum una eretta communigatib; ad abaci pedes : alteri pulchritus erat dum scriberetur luditum : cuius nec naturaliter latero, vel etiam scribi posset. Tonitru illud tam longum domui immensum. Et in fine tertie diei qua detentus fuisti strepitus ingens, in ostio primum carceris, & statim in fessaria quam sol tum illustrabat : Mox clatrata ferre stridulus sonus quasi concussus : Quibus duobus ostentis ultimis interfuit Rodolpus Sylvestris medicus. H. vera sunt hæc omnia : sed quid boni : Imd hæc ipsa me sollicitum habent : & vt apud Poëtam :

— Non me tua fernida terrent
— Dicla ferox : Dij me terrent & Iuppiter
bofis.

Hoc enim est tertium quod me magis angit quam amissum profundi manus & edendi libros potestas, quod die qua detentus sum (quod hincquam alias) his diuersis horis vix & secundum loco incidi in duas vacuas ad inaceliam de more, tot funibus, canibus, tantisque clamoribus agebant (vt quamvis neficias fortis mea simul admirarer & timeret, & secundæ etiam iactus quibus concidit vel nolens audiui. Aliud fuit quod ultimo recitari. His duobus ostentis adeo perturbatus sum ut semper timuerim ne his detineras, & prima vice, ut nane, quasi in macello exitium ex pectus vincus iacerem : alia aperie pœnas darem. Unde timidor factus, non conscientia rei que nulla est, non potentia vita humana, quamvis non ignorarem supteriam esse : non acerbitate inimicorum quamquam maxima, sed hoc ipso tantum detineor, & me nullatenus explicare valeam. Idque doleo quod que mihi diuum metu contingunt, illi mea ignauia aut suis vexationibus tribuant. Ergo ut ad rem redeam. Illud me male habet quod nunquam causam illorum prodigiorum verisimilem inuenire potuerim, nec alium audiui qui me eam doceret, consulso enim pluribus enarrabam, vt si modum quisquam excogitare posset tam amara cura liberarer. Quamvis haud latet hanc narrationem mihi esse dedecori, ut qui vel iactantem causam ipsa confingerem : aut quod lenis & insulsa vel superstitionis haberer : at magnitudo periculi : & metus maiorum impendentium, nec non multitudine malorum quibus premet effectus ut omnia posthaberem salutis metuorum meique, tum securitati propriæ : Itaqne si quid habes Pater, in hoc tam magno dolore explica, nam seruaueris filium : Ceteris enim Deo dante tum & si multis ac magnis ego occurram. Sed ut facilius id agere possis scito non me latere ciuiusmodi ostenta bisfatiam nobis contingere : alia quidem ut praesagia futurorum : alia ut imminentium nos admonentia, doceant esfugiendi viam : sub quo sine ut huiusque expertus sum potius puto interpretanda. Nam nisi ob hoc occulatio redditus essem partim ob meam impericiam partim aliquot temeraria aut magna consilia, fanditus forent eiuscas Fæc. Dicam libenter : sed duorum te admonitionum velim : primum quod non est

magnum si existimat esse, qui nihil aliud manus fore petant, hi enim hæc postmodum que non esse purant inanes magas esse credunt, ut tu tu scias hæc ipsa vera esse, & id est maxima, omnia illa somnia & umbras esse scis. Quod etiam præterita recolenti, luce ipsa clarius fit manifestum. Ergo quid discruciaris, tanquam si doleas videoas puerum habere sacculum ossium cerasorum aut lapidum quibus ludere solent : tu autem illis caras? Quid enim in hæc vita habere potes stabile aut magnum vel diuturnum, etiam simplicitatem, quanto minus si comparés alteri? Ergo illorum certi infelici te insinuabis, ut erres, ut frustra doleas, ut habebas tantis laboribus & curis quæ inania sunt, & nulli usui ad felicitatem? Quid est hic mundus, quid tutum? Quid diuturnum? Quid quod tempus nos alterat? Quid quod quanto plus processeris eo melius fiat? opes per se crescent, sed in senectute aliis voluntatem afferunt, tibi qui illis frui nequeas tristitiam: Quid ergo primum est in quo merito discruciaris? Alterum est ut antea totam historiam simul explicem: & finem ostendam vniuersusque, & rationem dignoscendorum animorum: sine quibus nec de modo procedendi, nec interpretatione futurorum, dicere quicquam saltem rectè atque perfectè: nec esse concordes possumus: sine quo omne auxilium irritum fieri.

Incipiamus ergo ab opibus: quot sine culpa olim, & nunc, ex bellis vniuersis spoliabantur? Nostra ætate in Pannomia tot vrbibus, & Cypro? audi illum Melibœum apud Virgiliū.

Post aliquot mea regna videns, mirabor arifas

Impius bac (tam culta noualia) miles habebit

Barbarus? bas segetes? En quo discordia cines?

Perdixit miseros.

Tu vero culpa aliqua nihil amisisti, illa omnia nulla. H. non queror ablatas, sed non esse ad sumptum, & creptam reparandi facultatem. Fac: Si filii boni erint, satis erit: si incepti, nec multo plures quam tu per tempus id compare potuisse sufficerent. H. Omisso hanc cutam, sed honor me angit, & quod libros edete prohibeas. Quid cum videam tot me ipso inferiores in suggestis? Fac: An scis te moritum? An speras te mortuo defuturos vel rudes, vel doctos viros qui profiteantur. H. Minime. Fac: Cur ergo aut non malis pro lucro quod aura hac fueris, computare. Nam ea ad vnguem ætate detentus es quæ est ultima sapientum. Dicbat enim Solon vitam hominis esse septuaginta annorum, eo enim anno Socrates & Thales obierunt, solus Hippocrates dicitur superasse vel ut diutius miser viueret aut ad consolationem tot ærumnam quas in senio passus est, nam & ipse priuatus omnibus bonis, & præterea in exilium actus & sententia capite damnatus obiit ut dicunt validè senex. Ceteri omnes antea periere, Aristoteles, Galenus, Hasen, seu Aucenna, Pheredes, Pythagoras, Virgilius, Horatius.

Immodicis brevis est aetas, & rara se-
neftu.

At tibi tu ipse aea maiorem numerum
annorum

annorum præcipseras ex astris. Manus delineatio non pollicebatur : non Physiognomia, non modus viuendi. Quod ad iniuriam attinet, si casu accidisset non doleres, quia à Deo factum existimes : minc cum ab hominibus doles, quasi non tam illis Deus imperare possit quam mœrbi cause quæ te aut sustulit aut inutilem reddidit : Diebant Cyrenaici voluptatem & dolorem esse tam in anima quam in corpore (quod & verum est, sed voluptatem in corpore maiorem esse, tristitiam in animo. Quoniam animus solitus sit in infinitum procedere & sua extendere. Et quæcumque obtulerit timor seu præteriorum memoria illis superandens & causans & modum in immensum tristitiam auget. sua ipsius vita breuitatem deflet, aliorum non solum vitam sed facta atque decreta immortalia friggit. Proponit iniurias, maledicta, suspitiones, obliniscitur gratia, beneficiorum, indictionum amoris, ex misera facit (vt aiunt) elephantem. Itaque hoc non est nisi proprium malum. Magna res, si amisses morte vel morbo hæc omnia non dolores : neque tamen velles te mortuum potius quam in hoc statu esse. Dicis (nequid desit) illa fuisset communis conditio ? Quare ergo non illam præponis ? quare conquereris quod viuas ? At ergo voluisse viuere, & non pati, nec velles qui mortui sunt, iustè posse conqueri, tu vis posse magis iniuste cum viuas ?

Res joca ergo te ad Palingenesiam : & dic. supersunt iam tres anni cum dimidio ab eo quod sperabam à communi vita termino. Quod præterit est in tuto, quod expectatur, in desperatione non est nec esse potest. Supersunt tres descendentes, multi amici atque potentes, nomen magnum, scientia multarum rerum ; libri cxxxj. editi : cxi. edendi : tot arcana : Patrimonium plus quadruplo quam cum natus es maius. Quod stulti ponunt inter calamitosa, scilicet ætatem transactam lxxij. annorum, ego numero inter principalia dona, nam si passus es aduersa, iam euasisti : si bona iam possedisti in tuto sunt habuisse, ac memoria iucunda. Sed quod sumnum est, & in quo confidere debes manet : Adrastra, immotus ordo, oculus cuncta comprehendens : Facilius cadent regna quam vt Sapientia decipi possit. Amor non optima velit : desit ve modus iustis præcibus satisfaciendi. Supersunt tria (nam vltio ad Deum pertinet : nimis est illis quod ipse norit) Patrimonij incrementum, profitandi munus, librorum editio. At de patrimonio plus refert vt filii lucrari discant quam quod tu lucris : ipsi conseruare velint, quam quod tu augeas. Profitandi munus vt ad gloriæ pertinet pars est edendorum librotum : vt ad lucrum exercitationis : ergo minus cum sit utroque extremo si duo peragere vales eo non indiges : si vnum tantum vicariæ vicem multa alia gerent : & ambo illa impedierit quæ essent meliora. De librorum gloria dicemus illud Zenonis: Tunc secundis ventis nanigani cum naufragium feci. Perituri omnes erant si pars non devota fuisset, adeo imperfectè confusi quidam etiam vix inchoati pleni mendis & erroribus. Quid de filiis ? an non negligentia

& licentia perdidisti illos ? nunc in tuto non sunt ? antea certum imminebat exitium. simile de vita adhuc cuperes, si ea non accidissent, melius quicquam tibi esse non poterat. H. Cura consciunt homines : fieri potest vt repente cadam ob illas suscepas. Fac : Quid habes deterius à detentione usque nunc ? nunquam ægrotasti : vidés absque perspicillis : non ventriculi aut cranij imbecillitate, vel virginem meiendi, ant vigilia laboras, non in ventre tumor duries-ve. H. vereor ne comperendinatio hæc sit merces abstinentiae : non in vitam penitus perpetua. Fac : tres fuere reges maximè curis oppressi, Massinissa spoliatus regno : Mithridates saepius pulsus : qui in prima iuventa ante vidi pericula regum, quam expertus esset regnum : Deiotarus antea in suspitione, post regno militaris, demum rex ferulæ : Massinissa propè centesimum vixit : Mithridates nec veneno viam ad mortem aperire potuit : Deiotarii annos non facile numerare licuit. Nec minora in feminis exempla : Terentia repudium Ciceronis, mortem filiæ vincæ, proscriptiōnem filij vidit. Ea tamen secundum seculum ingressa est. Pomponia Græcina cum in lucri quadraginta annis perseverasset à morte Iulia Drusæ filiæ, ut nil nisi lugubre seu in vestitu seu sermone placeret, grauiter etiam accusata ad decerpitam tamen peruenit ætatem. In causa esse reor quod qui mætre se non conficit plus utilitatis consequitur ex contemptu voluptatum quæ non sunt honestæ quam iacturæ ex tristitia : maximè cum in omnibus aut timor propriæ mortis auerat hominem sani consilij à quovis mætre : aut contemptus leuare possit : & securitas de aliena pro vindictæ vade accipi possit.

Ergo his intellectis ad interpretationem venio. Prior planè pessimus est, sed fortuitus videri potuit. accesseras enim vt sigillum mutares : apotheca in via erat : quid homini cum vacca ? si taurus fuisset magis conueniebat. Nil commune, totum fortuitum & cum ratione ac frequens. Nec verearis quod tibi taurus sit in horoscopo. Neque enim prima detensio vt secunda succederet, vaccæ tribui potest : non vincula, non iniuria, non tormenta, non mors intentata. Si modo mortem significare potuit : non nisi viciorum : vt tanquam illis vindictæ cogerteris in futurum extere illa. sed verius hoc ad fabulas, & veterum supplications, est referendum. Aliud plus habet ponderis : ostij iuctus Iudicium Boniæ peragendum : fenestræ autem Romæ, quod præter consuetudinem agitatum est, stridulus clatrata sonus non liberandum prorsus docuit : verum discessum ex ea vrbe desertumque nouam quam tibi elegeras patriam, gloriosam quæ futuram peregrinationem indicat. De secunda detentione periculum nullum, nam prodigiū hoc non ab initio sed à liberatione, aut paulo ante conueniebat. Exitus etiam pro fenestrâ clatrata autum fugæ responderet. Ergo de operibus prodibunt, & castigata & multo meliora quam si hæc non accidissent ; aliquin ruitura. H. Igitur non quod nocuerint sed quod nocere voluerint, odio habendi sunt.

Fac : Sed his adē prauis quæ felicitas contingere potest : cum nec viuere quiete, nec quicquam à morte melius sperare possint. Tibi vero multa voluptatis argumenta superflunt. At quo angeris est fallum suppositum quod homines aliqui boni fuerint : falleris, omnes eodem modo, Aristides Socrates, Plato, Nasica, Catō minor: sed stimulo quodam (inter multa quæ mente obuersabuntur, iræ, inuidiæ, ambitionis, avaritiae, incendia ardentes) virtutis pungebantur : cæteri Itultiria & imperitia boni : verè boni & iusti à sola diuina gratia, qui longe plus cæteris illi debent quam ut quicquam ipsis debeantur. At tibi cum iam omnia penè quæ ad

apicem pertinent fundamenta ieceris, cura adhibenda est in comparatione pecunia, altera in educatione descendientium. Ex quibus tertia sponte orietur. Summam verò lætitiam occasiones multæ debunt : H. Gratias tibi ago Pater, qui me aduersus grauissimas molestias, tamen multa auxilia prompta docuisti, memoriam mortis propriæ, Palingenesis simulachrum: Transiotionem ad contrarium profrus : seu spoliacionem. & corporis cruciatum. Fac : Ergo viue & vale. H. Tam cito abis. Fac : Reuertar ad ad te aliquando. H. Id mihi iucundissimum erit. Sed ubi filius meus? Fac: Hic præsens est. Bene est, & tu vale.

FINIS.



ANTIGO